Deus qui gentium multitudinem
beati vincentij confessoris tui pre
dicatione ad agnicionem tui no
minis venire tribuisti presta quesumus
ut quem venturum iudicem nunciavit
in terris: protectorem habere mereamur
in celis. Per. Oracio. Ineffabilem
misericordiam tuam domine nobis clementer
ostende: ut simul nos et a peccatis om
nibus exuas et a penis quas pro
his meremur eripias. Per. Oratio.
Pretende domine famulis et famula
bus tuis dexteram celestis
auxilii: ut te toto corde perquirant
et que digne postulant assequan
tur. Per. Oratio. Ecclesie tue domine pre
ces placatus admitte: ut de
structis adversitatibus et erroi